



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Tractatvs De// Beneficiis// Amplissimvs,// Et Doctissimvs

Garcia, Nicolaus

Coloniae Allobrogvm, 1618

Cap. 6. De bigamis.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-98550](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-98550)

- min. Parif. de resignatione benefic. lib. 4. q. 2. a. num. 27. & 99. & Thom. Sanchez de matrim. lib. 7. disp. 42. nu. 14. Gonzalez ad regulam mensium 9. l. 2. nu. 68. Lessius de iust. & iur. lib. 2. c. 34. dub. 21. Adeo, ut etiam beneficia ante matrimonium obtenta amittant, ut dicitur infra ii. par. c. 8. Et tunc procedit etiam in administratione Ecclesiastica, nempe, quae personae Ecclesiasticae assignatur, cuius etiam sunt incapaces, licet non sit beneficium, Caes. de Grassis decisio 114. & 91.
- 4 Nec ex dispensatione tunc Episcopi possunt habere beneficium etiam simplex, ut contra antiquos tenet bene probans Abbas numer. 7. in c. Ioannes, de clericis coniugatis. Selua de benefic. i. p. q. 7. numer. 18. Lamber. supra num. 8. Probus ad Monachum in cap. nullus, de temporib. ordinationum, in 6. numer. 14. & 15. & cum Hostien. Cardin. & Abbate, in d. cap. Ioannes. Rosin. a. de benefic. cap. 3. a. n. 3. Hoieda n. 77. & Flam. Parif. sup. numer. 29. & Henric. in summa libro 13. c. 14. §. 1. in textu, & gloss. l. i. K. & post haec Gonzalez sup. nu. 69. Et hanc dicit magis communem opinionem modernorum, Capra supra numer. 43. Cuius tunc concordiam ibi num. 48. & 49. bene improbat Hoieda ibi: Episcopus enim non dispensat contra ius, nisi in casibus à iure expressis, ut alias dicitur infra, ii. par. cap. 5. num. 34. & in proposito Thom. Sanchez sup. numero 18.
- 6 Et an & quando clerici coniugati tunc gaudeant privilegio fori, vide textum in d. c. unico, & ibi Dominicum Franchum, & alios, & S. Concilium Tridentinum sess. 23. de reform. cap. 6. vers. in clericis vero coniugatis, & l. i. ritu. 4. lib. 1. recopil. & ibi Azevedum, Coarzuuam practicarum cap. 31. a. numer. 6. & cap. 32. & Ioan. Gutierrez de iuramen. confirmato. i. par. cap. 17. a. num. 11. & Thomas Sanchez, qui late dicit lib. 7. disputat. 46.

CAP. VI.

De bigamis.

SUMMARIA.

- Beneficiandus non debet esse bigamus. n. 1. Nam bigami incapaces sunt beneficiorum, cum ad ordines promoveri nequeant. n. 2.
- Episcopus non potest dispensare cum bigamis, non solum ad sacros ordines, sed nec ad minores, aut primam tonsuram, aut beneficium etiam simplex, à numero tertio & ponitur declaratio S. Congregationis. num. 4. & 5.
- Episcopus ordinans bigamum etiam in minoribus ordinibus, seu prima tonsura, graviter peccat, nempe mortaliter, & etiam conferendo ei beneficium, nec valet collatio, n. 6. & secundum Nam videtur suspensus ipso iure à collatione ordinis, quem contulit bigamo, & etiam à missando per unum annum, num. 7. Sed contrarium refertur tenere S. Congregationem: & de poena suspensionis à collatione ordinis nullus est canon. Et poena suspensionis à missando non videtur lata ipso iure, sed ferenda per sententiam, à numer. 8. & 2. seqq.
- Quamvis ex nova constitutione Sixti V. contra clericos male promotos, suspensus esset à collatione ordinis, & executione Pontificalium, & c. illa estiam redacta ad terminos iuris communis, & Concilii Tridentini. n. 11.

Dicitur Toloy, quod S. Congregatio Concilii ex sententia Sixti V. Episcopum cum vero bigamo, qui duas successively duxerat dispensantem ad primam tonsuram, & beneficium simplex indicavit ipso iure suspensum ab ordinum collatione, procedit iuxta d. constitutionem Sixti V. n. 12.

Improbatur sententia multorum dicentium, Episcopum posse dispensare cum bigamo in minoribus, saltem ubi maxima causa esset dispensandi, aut quoad usum susceptorum. n. 13. & 14.

Bigamia est triplex, vera, interpretativa, & similitudinaria, & qua sit illa. n. 15.

Contrahitur bigamia interpretativa, quando quis uxorem adulteram cognovit, etiam ignoranter, ut est communis. n. 16. Quamvis contra eam male teneant aliqui, quia ista bigamia non est voluntaria, quod parum refert, cum ista irregularitas praecipue sit inducitur ob defectum Sacramenti. Et diversa est ratio in irregularitate ex occisione hominis iusta, à n. 17. & seq. Reliqua de bigamia irregularitate, per quos sunt videnda, n. 19.

Non sat est beneficiandum sine uxore tunc esse, sed ulterius opus est, quod non sit bigamus: nam tunc bigami incapaces sunt beneficiorum, cum ad ordines promoveri nequeant. c. 1. & 2. 3. dist. c. 1. 2. & 3. de bigamis, & omni privilegio clericali nudati sunt, merique laici existimantur, cap. unico de bigamis in 6. Facit etiam S. Concilium Tridentinum, sess. 23. de reform. c. 17. ad fi. ibi: Dummodo non sint bigami, Lamber. de iure paron. i. p. 2. lib. 9. q. 7. art. 13. Corraf. de benef. par. c. 4. n. 2. & Saurus de censuris, lib. 6. c. 5. n. 9. Auila eod. tract. de censuris, 7. p. disp. 8. dub. 1.

Nec Episcopus tunc potest dispensare cum bigamis, non solum ad sacros ordines, c. 2. de bigamis, ubi gloss. & Abbas, Corraf. ibi. Sed nec ad minores, aut primam tonsuram, aut beneficium etiam simplex, ut apparet ex dict. cap. unico, & dicto decreto Concilii. Et censuit sancta Congregatio eiusdem concilii his verbis: Episcopus auctoritate sua ordinaria cum sibi subito vero bigamo, qui alias cum duabus virginibus successively legitimum matrimonium contraxit, & consummavit, & modo defunctus sunt, dispensare non potest, ut primam tonsuram, & simplicia a se, vel ab aliis accipiat. Ita censuit Congregatio die 30. Ianuar. 1589. Et Sixtus V. approbavit.

Vnde Episcopus tunc ordinans bigamum etiam minoribus ordinibus, seu prima tonsura, graviter peccat, nempe mortaliter, & etiam conferendo ei beneficium, nec valet collatio, Nauarrus conf. 3. q. 4. de bigamis, qui tunc etiam ait, Episcopum ordinantem videri suspensum ipso iure à collatione ordinis, quem contulit bigamo per eundem annum, ex ea. eos, & c. si de temporibus ordinationum, lib. 6. & cap. nullus poenitentem. 55. distinct. per quod inquit, potest dici etiam suspensus ipso iure vno anno à missando. Ad dicit tamen super d. conf. 3. ait referri Congregationem censuisse, Episcopum non potuisse dictas collationes facere, sed quod non incurrat ob hoc ipso iure in aliquam certam poenam. Et tunc quidem de dicta poena suspensionis à collatione ordinis, quem contulit bigamo, nullus est canon. Nam dictum cap. eos, & dict. cap. fin. non loquuntur de ordinatione bigami, & poenae non sunt extendendae ad alium casum, reg. ordin. libr. 6. cum aliis. Nec tunc dicit. nullum poenitentem, ponit talem poenam. Et quoad poenam suspensionis à missando, potest intelligi, quod non sit lata ipso iure, sed ferenda per sententiam, ut colligitur ex illis verbis, Ab ea die, qua ei potuerit

potuerit hoc approbati, quæ videtur denotare eam pœnam esse imponendam, cum delictum in iudicio probabitur. Et t̄ quamvis ex noua constitutione Sixti Quinti, contra clericos male promotos à collatione ordinum, & executione Pontificalium, eo ipso suspensus, & ab ingressu Ecclesiæ interdictus existeret, illa est iam redacta ad terminos iuris communis, & Concilij Tridenti vt dictum est *supra* 2. par. c. ult. n. 70.

12 Et quod t̄ dicit Toletus in *summa lib. 1. c. 68. 4. concl.* quod d. S. Congregatio Concilij, ex sententia Sixti V. Episcopum cum vero bigamo, qui duas successiue duxerat dispensationes ad primam confusam & beneficium simplex, quod etiam eidem dispensato contulerat, iudicauit ipso iure suspensum ab ordinum collatione, dispensatum autem ab exercitio suspensum, & beneficij nullam fuisse collationem, nec fructus suos fecisse, procedit iuxta dictam constitutionem Sixti Quinti.

13 Vnde etiam t̄ conuincitur sententia diui Thomæ, in 4. dist. 27. quæst. 3. artic. 3. & aliorum ibi, & Turrecrematæ in cap. lector 3. distinctione, artic. 2. per textum ibi, Gomziz de Breu. num. 20. & 21. additio. Rotæ d. c. primo de bigamis in nouis, Couarruias in Clemen. si furiosus. par. 1. §. 2. numero 4. Nauarrus in manna. cap. 27. numero 197. Hoiedæ de incompatibilitate beneficiorum. 1. par. cap. 23. numer. 107. Salzedi in praxi crimin. Bernardi Diaz cap. 16. litera C. Vgolini de irregular. cap. 56. §. 7. num. 2. Zerolæ in praxi Episcopali. 1. par. verb. irregularitas. §. 17. & 2. par. verb. bigamia. §. 2. 3. & 4. Syluestri in *summa*, verbo bigamus, quæst. 7. numer. 7. Soti in 4. dist. 27. quæst. 3. artic. 3. P. Ledefina de matrimonio, quæstio. 66. art. 5. Enriquez in *summa*, libro 12. cap. 6. §. 11. & libro 14. capitulo 20. §. 2. Candelabri Aurei, de irregularitate, prima species, numero 34. Manue. Rodriguez in *summa*, tomo primo capitulo 157. numero 6. & quæst. regularium tomo primo quæstio. 24. artic. 2. Veguæ in *summa*, prima par. cap. 38. casu 1. & in episo de Curas, cap. 12. numero 321. & capitulo 14. numero 38. & Sairi de censuris, lib. 6. cap. 6. numero 11. qui dicunt, Episcopum posse dispensare cum bigamo in minoribus, saltem vbi maxima causa esset dispensandi aut quoad vsum susceptorum. Quam sententiam propter tantorum virorum auctoritatem dicit probabilem esse, & in praxi feruari posse, vbi fuerit vsu recepta, Suarez infra citandos, n. 5. & vbi probabilior sequitur Thom. Sanch. d. lib. 7. disp. 6. num. 11. tenens, posse dispensare quoad ordines minores, etiam suscipiendos, idem tenet Auila d. disp. 7. dub. 4. & Acor instit. moral. 2. par. libro 5. cap. 20. quæst. 2. libro 6. cap. 4. quæst. 8. & 11. qui ait, posse Episcopum dispensare cum bigamo, vt accipiat Ordines minores, & beneficia simplicia: subdit tamen dict. quæstio. 11. in fin. neutrum esse vsu receptum.

14 Sed mihi non probatur t̄ ista sententia, præsertim stante Concilio vbi supra, ex quo, & ex d. cap. vni o, contra quæ non potest Episcopus, tanquam inferior, dispensare, clare colligitur absolutè Episcopum non posse dispensare in bigamia vera, vel interpretatiua, etiam quoad minores, aut vsum susceptorum, & tenent Domin. num. 5. Franchus, n. 4. & alij in dict. cap. vni o. Albertus Trocius, de vero & perfecto clerico, lib. 2. cap. 11. num. 6. Villadiego de irregularitate, cap. 6. c. 1. a fin. vers. circa bigamum. Lamber. 1. par. 2. libro quæst. 7. art. 13. num. 4. Greg. Lop. in l. 5. ut. 5. part. 1. verb. dos muges, in fin. Maiolus de irregular. lib. 1. cap. 33. num. 14. recte Ludo. Lopez. instruct. conscientia, 2. to. 2. par.

2. Tom.

cap. 22. Tolet. dict. capit. 68. & Suarez 5. tomo de censuris, disputat. 49. sect. 6. numero 4. & 5. Zeuall. quæstio. 559.

Est autem bigamia triplex, t̄ vera, interpretatiua, & similitudinaria, iuxta gl. receptam in c. 2. de bigamis, quam sequuntur ibi Doct. Vera est, quæ contrahitur ex duobus matrimonijs validis, & consummatis. Interpretatiua est, quæ contrahitur ex consummato contracto cum vna sola, ab alio corrupta, aut cum virgine, post adulterium ab ea committum cognita, aut duobus matrimonijs consummatis, inualidis, aut vno valido, & altero inualido. Similitudinaria est, quæ contrahitur ex matrimonio contracto, & consummato, etiam cum virgine per astrictos ordine sacro, aut voto solemn. capit. quotquot 27. quæst. 1. & cap. fin. de bigamis, vt latius deducitur per infra citandos.

Contrahiturque bigamia t̄ interpretatiua, quando quis vxorem adulteram cognouit etiam ignoranter, cap. si cum, cap. si laici. 34. distinct. quia hic non agitur de irregularitate ob culpam, seu delictum, inducta, sed ob defectum Sacramenti, cap. acutus 26. dist. cap. nuper, cap. debuit, & cap. fin. de bigamis, & ita tenet communis sententia, quam sequuntur Albertus Trocius, d. lib. 2. cap. 11. num. 2. Villadiego de irregul. cap. 13. vers. dixi etiam quod bigamus, addit. Capellæ Tolos. de c. 10. 235. Nauarr. in manna. cap. 16. num. 27. & cap. 27. num. 195. Couar. d. §. 2. num. 3. Maiolus dict. cap. 33. num. 6. Salzed. d. cap. 16. litera F. Ioan. Gutier. canonic. quæst. lib. 1. cap. 25. num. 15 & 16. Vgolini. d. c. 56. §. 2. num. 7. Candelabrum Aureum supra num. 5. Lud. Lopez 2. tomo, 2. part. c. 22. Vega 1. par. summ. cap. 38. cas. 2. & in episo de Curas, cap. 12. num. 299. & cap. 14. num. 37. Carbo. de legibus, lib. 8. disp. 13. c. vltimo. Tolet. lib. 1. c. 66. & Suar. d. disput. 49. sect. 3. num. 15. Sofo & alij statim citandi, & Thom. Sanch. d. lib. 7. disput. 84. num. 15. & Zumel. 1. 2. q. 76. art. 4. disputat. 3. & 4.

Quamvis t̄ contra hanc communem, & receptam 17 sententiam male teneant Corraf. d. cap. 4. num. 4. & P. Ledefina. q. 66. art. 3. ad finem, & in *summa* de matrimonio, cap. 32. 6. concl. ad fin. vbi docet, quod qui ex ignorantia inuincibili duxit viduam, aut ab alio corruptam, vel accessit ad propriam vxorem post eiusdem adulterium, non incidit in bigamiæ irregularitatem, quia ista bigamia non est vilo modo voluntaria.

Quod t̄ parum refert, cum ista irregularitas præcipue sit inducta ob defectum Sacramenti, vt dictum est, & diuersa est ratio in irregularitate ex occisione hominis iusta, nam ista est inducta ob defectum perfectæ lenitatis in ipso occifore, & ideo debet esse voluntaria, &c. Et quod dicit Cuchus in institutionibus maioribus. lib. 4. tit. 2. num. 164. quod qui vxoris culpam ignorasset, acceptis ordinibus, vti non recentes adipisci permitteretur, accipiendum est ex dispensatione.

Reliqua de Bigamiæ t̄ irregularitate videnda sunt 19 per Albertum Trocium d. lib. 2. cap. 11. Villadiego d. cap. 13. Borgasium de irreg. 5. p. iii. de bigamis. Couar. in d. elem. si furiosus. 1. par. §. 2. Nauar. d. cap. 27. a numero 195. & in consiliis, tit. de bigamis, Io. Montaginem tract. de bigamis. Bern. Diaz. & Salzed. in praxi, dict. cap. 16. Cuch. supra a numero 153. Maiol. dict. libro 1. cap. 33. Felicia. de irreg. cap. 6. Greg. Lop. l. 33. tit. 5. par. 1. Flam. Paris. de resigna. benef. libro 4. q. 4. a numero 17. & libro 5. q. 3. a numero 168. Vgol. dict. cap. 56. de irregul. Syluest. & alios summi stas, verbo bigamus.

E 3

SEPTIMA PARS, DE BENEFICIIS,

Sot. in 4. dist. 27. q. 3. art. 1. & seqq. P. Ledesm. de matrimonio. q. 66. per totam, & in summa de matrim. d. cap. 32. Enriq. lib. 12. c. 6. & 9. & lib. 14. c. 4. Candel. Aureum de irregul. de prima species, scilicet bigamia. Man. Rodr. d. i. ro. i. par. c. 57. Lud. Top. d. 2. tom. 2. par. c. 22. Vegam in summa. i. p. cap. 38. & in espeio de Curas. c. 12. à numero 299. & c. 14. à numero 37. Valen. 4. tom. dist. 7. q. 19. p. m. 3. Tolet. libro 1. cap. 65. 66. 67. & 68. in editio. nouis. Sayrum. libro 6. de censur. cap. 3. vsque ad 6. & Suarez dist. 5. tom. dist. 49. & Tho. Sanch. de matrim. libro 7. dist. 83. 84. 85. & 86. D. Carrillo in inuentario ordinandorum sectione 4. capitulo 4. à numero 10.

CAP. VII.

De scientia seu literatura.

SVMARIA.

Scientia, seu literatura in beneficiando exigunt, n. 1. & illiterati ab ordinibus etiam repelluntur; n. 2. de qua scientia, & literatura ad beneficia, & ordines requisita, qui sunt videndi, n. 3.
Licet ad primam consuram solum requiratur, quod quis sciat legere, & scribere, tamen ad beneficium, etiam simplex, maior sufficientia requiritur, nempe quod sciat legere construere, & cantare, nu. 4. imò videtur sufficere, quod sciat legere, & construere, ut est praxi receptum, & quod dicitur de cantu, procedet in beneficio seruitorio, modo requiratur seruitium personale, quamuis nec in his solent multum curari de cantu, nec in eo fieri examen, quia vsu & exercitio addisci solet, n. 5. & 6.
Nec requiruntur, quod illud exacte sciat, sed parum sciens, & parum construens, est habilis ad beneficium simplex, & c. à n. 7. & 2. seqq.
Ordinatus ordine sacro, censetur idoneus ad beneficium simplex, n. 10.
In beneficiis, quae aliquem ordinem habent annexum, ea scientia requiruntur, quae necessaria est in ordine annexo, n. 11.
An collatio beneficii facta imperitis, seu illiteratis, sit nulla ipso iure, à n. 12. & 6. seqq. resoluitur esse nullam, intelligendo non de his, qui non habent scientiam competentem requisitam, ut licite conferatur beneficium, sed de penitus illiteratis, & imperitis, ita quod nesciant legere, & n. 20. adducuntur, & examinantur declarationes Gonzalez circa hoc.
Obiectioni, quod illiteratus, seu imperitus sit irregularis, argue adeo collatio illi facta sit nulla, respondetur hanc non esse propriam, & stricte irregularitatem, maxime si non sit penitus, & omnino illiteratus, sicut etiam defectus morum non est irregularitas, numero 19.
Beneficiatus, qui non habet scientiam competentem beneficio, quamvis collatio valuerit, tenetur addiscere, quam primum commodè possit, alias tenetur illud dimittere, nu. 21. & etiam fructus restituere, secundum Aragon. n. 22. quod tamen non videtur verum, numero 23.
Collatores conferentes beneficia habentibus defectum scientia competentis, seu alias indignis, non solum peccant mortaliter, sicut etiam indignus acceptans, sed etiam tenentur Ecclesia de damno, & interesse, n. 24. & 25. tenentur Ecclesia restituere fructus, & redditus, quos indignus quicquid percipit ex beneficio indigne

n. 26. licet non est indistincte verum, quod aliqui dicunt, quod collatio facta indigno est nulla in viroque foro, n. 27.

Cum collatio non sit nulla, & ipse indignus non teneatur fructus restituere, sed illos faciat suos ratione tituli, videtur etiam conferentem non teneri illos restituere, sed solum ad damna inde sequuta, n. 28. & predicta sententia procedere posset, quando collatio esset nulla, & quando non esset titulus beneficii, sed merum salarium, & c. in quibus etiam ipse indignus teneretur restituere fructus, siue emolumenta officii, & c. nu. 29. & 30.

Licet de iure communi antiquo in nullo beneficio, requiratur aliquis gradus Doctoratus, vel licentiae, & c. tamen hodie, ex Concilio Tridentino in aliquibus requiritur gradus, n. 31.

In primis ad Episcopatum assumendus debet esse Magister, siue Doctor, aut Licentiatas in Theologia, vel iure Canonico, aut publicum alicuius Academiae testimonium habere, & c. n. 32.

Principalis dignitas in Collegiata exempta, cui ordinaria iurisdictio, cum omnibus iuribus quasi Episcopatibus, competat, necessario conferri non debet Licentiaro, vel Doctori, ex sacra Congregatione numero 33.

Scholastria, de cuius origine, & officio remissius, conferenda est Doctori, vel Magistro, aut Licentiatas in Theologia, aut in iure Canonico, & alias prouiso est nulla, numero 34. sufficit autem quod sit Graduatús in qualibet Vniuersitate approbata, licet non sit ex illis, quae essent in illa Regione, in qua esset scholastria, ex sacra Congregatione, numero 35.

Archidiaconi, qui oculi dicuntur Episcopi debent esse in omnibus Ecclesiis, ubi fieri poterit, Magistri, seu Doctores, aut Licentiatas in Theologia, vel iure Canonico, ex decreto Concilii, n. 36. nec sufficeret gradus iuris Civilis, Medicinae, vel Arrium. n. 37. & intelligitur de Archidiaconi, de quibus loquitur titulus de officio Archidiaconi, qui sunt caput Capituli, & habent iurisditionem, & ea munera exercent, quae de iure communi Archidiaconi exercent, & c. à n. 38. & adducuntur declarationes S. Congregationis, n. 39. & 2. seqq.

Si iurisdictio, quae Archidiacono à iure data est, esset in Archipresbytero, ex Ecclesia consuetudine ille Doctor esse deberet, & c. secundum Menochium numero 42.

Ad Decanatum non requiritur gradus, quia id nullo Concilii decreto statutum est, ex S. Congregatione, n. 43.

Hortatur Concilium, ut in Prouinciis, ubi id commodè fieri potest, dignitates omnes, & saltem dimidia pars Canonatuum, in Cathedralibus, & Collegiatis insignibus conferantur tantum Magistris, vel Doctoribus, aut Licentiatas in Theologia, vel iure Canonico, num. 44. & cum Concilium hortetur, non autem precipiat, id non est inducendum ex necessitate, nec per Concilium Prouinciale statui potest, secundum sacram Congregationem, cuius declarationes ponuntur, num. 45. & sic decreta Concilii Prouincialis Tolletani, & Compostellani, quibus id statuitur non habent vim, num. 46. nec istud decretum Concilii Compostellani est confirmatum in confirmatione Pij V. num. 47. nec dicta decreta videntur vni recepta, numero 48.

Canonicus penitentiarius Ecclesia Cathedralis debet esse Magister, vel Doctor, aut Licentiatas in Theologia, vel iure Canonico, seu alias, qui aptior pro loci qualitate